



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph


[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

3. Octobris. 5. Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

sed sola potestas ornaret : & opum
quidem contemptum remuneratus est
suâ providentiâ DEUS; ad tuas pre-
ces tibi indigenti submittens, qui of-
ferrent fœnebre aurum, nec censum
nec summam capitalem repetituri. I-
terum novus ad seclandam animi veram
demissionem occurrit stimulus: cui tu al-
terum adde Gratiâ cœlestem, sinè qua
hanc licet facilem viam, calcare frustra
tentabo.

S. BERNARDUS, s. 2. in cap. jejun. Humi-
litas est
virtus
facilli-
ma,
Qui contendit supergredi proximos,
multas inveniet difficultates, multos
habebit emulos, multos patietur con-
tradictores, ascendentes equidem ex
adverso. Nihil verò facilius est Volen-
ti, quàm humiliare semetipsum.



3. Octobris. 5. Nonas.

BIRMENGARDIS, Abbatissa Po-
undini in Suevia, quod Monasteri-
um nobili parenti tuo originem, do-
tem, teque ipsam debet. Cùm enim
Terræ sanctæ expeditio tibi maritum
sustulisset, sacrum itidem bellum tu
mundi deliciis indixisti; quas ut secu-
rius vinceres Cisterciensibus castris no-
men dedisti, victrix simul & fœcunda,
heredibus

Floruit
circa
annum
1250.

288 ANNI CISTERCIENS.

heredibus majori numero bonorum corporis & animi relictis, quam à mundo, quantumcunque prolifica mater, tulisses. *Utinam dignè estimarem hereditatem, qui mihi promissa est à Bonitate divina, nec eam tam indigno pretio peccati venderem! Doce me aliter deinceps sentire de rebus caducis, quas tu pro æternis generosè contempsisti.*


Floruit B. THEODERICE de Lurek: qui
anno ex opulento Canonico Bonnensi pau-
1211. per Cisterciensis tyro in cœnobio Hei-
 fterbacensi factus, tota cogitatione &
 aviditate in illa æterna patria conver-
 fabaris. Inde orta est solida illa in DE-
 UM fiducia obtinendi per pias preces,

Saxum quidquid petendum occurreret. Nam
grande cum ad perficiendum Monasterii ædi-
solus ficium diu frustrà laboratum esset à
movet. multis in saxo quodam prægrandi, tu
 fusâ brevi oratione, solus illud pilæ
 instar lusoriæ volvisti in eum locum,
 cui serviebat. *Præsens in omnes misérias
 nostras remedium est Oratio, nullam uti-
 que passura repulsam, si cordi vox conso-
 net, & eo devotionis affectu præsentetur
 Divino conspectui, prout mellifluè nobis
 insinuat.*

S. BERNARDUS, ser. 25. de divers.
*Quanta ergò cum reverentia, quan-
 to timore,*

totimore, quanta illuc humilitate ac-
cedere debet à palude sua procedens
& repens ranuncula vilis? quàm
tremebundus, quàm supplex, quàm
denique humilis & sollicitus, & toto
intentus animo majestati gloria, in
presentia Angelorum, in concilio ju-
storum & congregatione assistere po-
terit miser homuncio?

Oratio
quàm
debeat
esse hu-
milis.



4. Octobris. 4. Nonas.

B. MARIA Monasterii de Carrizo Floruit
Abbatissa, Virgo ex Regio stem-
mate orta; sed terreni honoris pertæsa
latibulum tibi construxisti aptissimum
sanctimonie conservandæ, Partheno-
nem, quem de Carrizo appellasti. Ibi
suum decorem mirata est Humilitas,
regale diadema spectans calcatum pe-
dibus: ibi deliciae carnales, nobilissimi
sanguinis, quem flagella effuderant,
imbribus submersæ, emoriebantur,
aut marcebant vigiliis, aut gemebant
sub abstinentiæ jugo. Harum virtu-
tum memoriam servat dignum tuo
genere sepulchrum, quod & hodie te
Fundatricis titulo honorat. *Utinam &*
anima mea generis sui nobilitatem agnos-

N n ceret, ne-